

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

lum, speciali ingenio, quod perpendiculum repræsentabat verticalem circulum, considerando, quod punctum, cuius forma refringitur, cuius vicem hoc loco gerit sectio circuli latitudinis cum Ecliptica, centrum visus, à dicto foramine repræsentatum, punctus in aëris superficie, à quo fit refractio, & perpendicularis à puncto refractionis, in una sunt superficie, quam hic imaginamur planum circuli verticalis: Et videbam, dum intersectio Eclipticæ ac circuli latitudinis verum locum Solis repræsentans ad contactum horizontis venerat, qui situs respondebat vero occasui Solis, quod Sol per foramen alterius pinnule versus Solem, quo alias tantum in stellis utebar, filum perpendiculi adhuc illuminavit. Dedi operam, vult dicere, vt Sol non circulum latitudinis, non Eclipticam, sed filum perpendiculi ex foramine vnus pinnacidij suspensum per foramen oppositi è diametro pinnacidij illuminaret æqualiter: ita quod pranarrata in una erant superficie, scilicet centrum Solis veri, id est, punctus cuius forma refrangitur, centrum visus hoc loco foramen, vnde filum suspenditur, seu potius locus fili inferior: quo à Sole collustratur, punctum refractionis in aere & perpendicularis: similiter & locus Solis verus in Ecliptica instrumenti, denique locus imaginis seu Sol visibilis.

Nam quia foramina è diametro sunt opposita, & filum ab altero foramine suspensum: planum ergò per filum, & foramina transiens, bifecat instrumentum, & quia visibilis Sol filum collustrat per alterum foramen, ergò & visibilis Sol in eadem superficie, quæ propter filum est perpendicularis horizonti, ergò in verticalis plano, ergò & verus Solis locus in eodem, cum semper verus locus rei, & locus imaginis sit in eadem superficie. Quod vbi contigerit in instrumento (siquidem foramen alterum seu intersectio Eclipticæ & circuli latitudinis verissimum Solis, vt ponitur, locum repræsentet) argumento est, instrumentum sic directum esse, vt centrum, foramina seu intersectio dicta & verissimus Solis in cœlo locus in vnâ cadant lineam rectam; nec vt id fiat, aliter collocari posse. Ingeniosum sanè compendium refractiones instrumentaliter sine calculo ex longitudine & latitu-